Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

26

sacerdotū. & sex quidem dieb; operū in mēsa
proposita apparerent. sed in die sabbati id est
requiei posita in mensa. rursumq; die altero
sabbati de mensa sublati; In cuius ordine positio
nis quid nob aliud mystice intellegendum est.
Nisi quod sci doctores immo omnes iusti & post ope
ra bona quib; in eccla claruerunt ad requiem per
ueniunt. & ut bona delectentur operari spe fu
turae quietis ac beatitudinis accenduntur. Inpo
nebantur ergo panes sabbato in mensa dni. ea
utiq; intentione ponebantur. ut transacto sabba
to. ibidem per sex dies operandi manerent.
His quoq; transmissis altero superueniente sabbato
In refectione summi sacerdotis & filiorū eius
consummarentur. quia nimirū in primordio
nob do deuotae conuersationis accipienda requies
& uita aeterna pmittitur. ea tamen conditione
ut p labores & opera bona uitae temporalis ad eā
pertinere debeamus. qua autē ratione hoc q summus
sacerdos & filii eius panes propositionis comede
bant. ad ingressum uitae caelestis pertineat.
In expositione uersiculi sequentis aptius suo loco
dicetur. Suscipiebantur autem panes id est a filiis
israhel. quia de coetu spiritaliū di famulorum